



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Professi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

De Indulgentiis, quas Nostri Procuratores externi consequuntur, vel consequi possunt, vide verbo *Indulgentia*. §. 29. & seq. & vide etiam quod habetur verbo *Interdictum*. §. 2.



PROFESSI.

§. 1.

Ipsorum habitatio in Collegiis.



Nostri, qui senio confecti sunt, vel infirmitate gravati, & ad operandum in vinea Domini non idonei, etiam si Professi sint, possunt de licentia Præpositi Generalis, vel inferiorum, quibus hanc facultatem communicaverit, habitare in Collegiis, & ex eorum redditibus sustentari. Julius III. pag. 23.

Hanc licentiam possunt Provinciales concedere: si prius Præpositus Generalis commode admoneri nequeat: postquam verò concesserint, Præpositum Generalem admoneant.

§. 2.

Facultas mittendi Nostros ad quasque Religiones.

Potest Præpositus Generalis etiam Professos, quos judicaverit, à Societate emit-
tere;

tere; ipsique de ipsius licentia non tantum ad Carthusiensem, sed ad quemvis alium Mendicantium, vel non Mendicantium, pariter, laxioris, arctioris, observantiae Ordinem, per ipsum Praepositum Generalem illis praescribendum (de consensu tamen Superiorum loci illius, quod destinabuntur) demigrare: in eisque Professionem per illius Monachos, aliosve Regulares emitti solitam, emittere, habitumque suscipere, eorumque consuetam uti disciplinam. Ipsisque inhibetur, sub poena excommunicationis latae sententiae, ne quid contra praesentium tenorem audeant attentare. Gregorius XIII. pag. 71. ubi & prohibet huius gratiae communicationem, etiam his, qui sua Privilegia cum Societate participant, & participare poterunt.

An hodie post Concilium Tridentinum sit licitum differre Professionem finito Novitiatu, ut ante Concilium licebat, vide supra verbo *Concilium Tridentinum*. Vide etiam quod habetur supra verbo *Apostata*. §. 10.



PROVINCIALES.

Pro-

Pr



titu

ubi

par

psu

bo



xi

fo

po

ad